



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Jn Caput XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

In Caput XVI.

Est hæc altera huius historiæ pars : cui in apographo Bambergensi ista inscriptio præmittitur.
Incipit de miraculo S. Kunegundis Virginis & Martyris.
Praefatiuncula deest in Cod. Rebdorffiano : Ex-
stat autem in editione Suriana, & apographo Bambergensi.

In Caput XVII.

Sicut dum hec tam Cleri) In Apographo Bambergensi fusius & distinctius hæc percensentur. Ig-
tur, dum hæc cum solennitate Cleri & populi deuotione a-
gerentur ; quidam contractus in suburbio de hospitali S.
Egidij adductus, sanitatem postulabat, & misericorditer exauditus, quod
postulauit, obtinuit. Dum signorum fama totum Babebergensem locum
reversisset, contractus de domo Conradi Præpositi maiorum Ecclesie, sanitatem
affectans : & quamvis natura in membris eius aberrasset, tamen pro-
ut potuit, velocius reptans, venerabilis sepulcro se ingessit ; ubi à Domino sa-
lutem optatam inuenit. Audiens hoc etiam contractus de domo Othoni in eadem
Ecclesia Canonici, venit quantocius ad locum sepulcri, sperans sibi ex
beneficio gratia, sicut ceteris, subueniri ; ubi sine mora subuentum esse in
Christo testamur. Iterum ut in predicta virgine virtus mira sanctitatis
eluceceret ; alius qui simili morbo membrorum naturali sensu perduto gres-
su carebat, adiutoria curationis expetens : celerem sanitatis effectum sen-
tiebat.

In Caput XVIII.

Mulier Paralytica) Apographum Bamberg. Mox o-
mni populo laudes Dei personante, quedam paralytica
mulier, incola predicit loci haud incognita ; vim supernam
medicaminis postulans cum lacrymis optatum inuenit au-
gillum. Audiens hec alia femina, uno pede claudicans, quæ secularem
habitum lugubri ueste mutauerat, tarditate debilitatis quamvis impedi-
retur, ingressa est, & spem sanationis, quam ardentio desiderio habebat ani-
mo infixam, plenam salutem inueniens, concito cursu ambulabat. Porro
dumque